




MONASTIC VERSE EPIGRAPHY

Sottotitolo



Versus publice scripti

- ▶ Augustine, Serm. 319, 8 Gregory of Tours, *De virt. s. Iuliani* 2 (p. 263), *De virt. s. Martini* II 14 p. 163 and II 29 p. 170, II 49 p. 176, and I 2 p. 138
- ▶ Guglielmo Cavallo
- ▶ Peter Stotz, *Beobachtungen zu metrischen Inschriften auf Werken des Schatzkunst: Formen, Gehalte, Traditionen*, 2004, publ. 2012: the ways in which inscriptions, not so much those on stone as those on artefacts, communicate cultural elements or poetic form—such as rhythmic contrafactum, quotation, fortuitous textual coincidence, reuse of common poetic formulas, reflection of scholarly readings, specific format of a type of inscription, deixis, typological interpretation of the painted figure or shape of the artefact, first-person form that recalls the riddle scheme, epigraphic appeal to a passer-by, apostrophe to or among depicted figures, simple caption, correction, reflection dictated by an image, and wordplay with signifiers.
- ▶ R. McKitterick, *The Carolingians and the Written Word*, Cambridge, Cambridge University Press 1989, p. 171: 'I have also had to leave for treatment or fuller discussion another time, and by others, many more kinds of evidence and other contexts and manifestations of literacy. One obvious omission is, of course, the evidence of inscriptions. Thanks to the new project for publishing the inscriptions for mediaeval Gaul, we may soon be in a position to assess his evidence'

Poems or epigraphs?


- ▶ Robert Favreau showed that the engraving of these poems is in some cases still demonstrable: regardless of archdeacon Pacificus' controversial epitaph, Hincmar's inscriptions whose usage is attested by Flodoard of Reims, and for Sedulius Scotus' epitaph for Hildebert, archbishop of Cologne in 862. But this is true at least for an Alcuinian line that is found in a good six ecclesiastical inscriptions, for the epigram by Theodulf for Germigny-des-Près, for Alcuin's epitaph for Pope Adrian, and this list could be further updated by including examples such as the *Versus Augienses*, i.e. the 'Reichenau verses', which we find published in the *Poetae* of the *Monumenta* and later on in other places, but which we can also read at Saint George in Oberzell, Reichenau.

▶ *Hic decus ecclesiae promptus in omne bonum*, written for Saint-Denis: Liegi 1037, Toul 1126, Saint-Denis 1140, Beauvais 1283, Rouen 1110, Grandmont 1209: Favreau, *Les inscriptions médiévales – Reflet d'une culture et d'une foi*, in *Epigraphik 1988. Fachtagung für mittelalterliche und neuzeitliche Epigraphik*, Graz, 10.-14. May 1988, hrsg. von Walter Koch, Wien 1990, pp. 57-89, on p. 77; On which see L. Wallach, *Alcuin and Charlemagne. Studies in Carolingian History and Literature*, Ithaca (N.Y.), Cornell Univ. Press, 1959, pp. 178-97, e S. Scholz, *Karl der Große und das "Epitaphium Adriani". Ein Beitrag zum Gebetsgedenken der Karolinger*, in *Das Frankfurter Konzil von 749. Kristallisationspunkt karolingischer Kultur. Akten zweier Symposien (vom 23. bis 27 Februar und vom 13. bis zum 15 Oktober 1994) anlässlich der 1200-Jahrfeier der Stadt Frankfurt am Main | Politik und Kirche*, cur. R. Berndt, Mainz 1997, pp. 373-94.

- Florian Hartmann, *Karolingische Gelehrte als Dichter und der Wissenstransfer am Beispiel der Epigraphik in Karolingische Klöster*. *Wissenstransfer und kulturelle Innovation* ed. Julia Becker - Tino Licht - Stefan Weinfurter, Berlin, W. de Gruyter 2015, pp. 255-74.
- Adalard would also be behind the Corbie manuscript (De Rossi 76, pp. 168-169, Sankt Petersburg, lat. F.v.XIV.1), which gathered models of epigraphs from Italy and was transcribed from the *Sylloge Centulensis* (ICVR pp. 72-94), an antigraph from St Riquier, a monastery headed by Angilbert, poet chancellor of the Italian court from 781, which nonetheless ends with a composition by the 'scotus' monk Caidoc, therefore contemporary, which uses Alcuinian models.

Carmina (?) Centulensia

- ▶ Latest literature on the Ms:
Angela Cossu,
Notes sur la circulation des textes autour de l'abbaye de Saint-Riquier au IX^e siècle
MEFR 133-2, 2021, p. 375-392



Tituli Centulenses



- *4 In domo scriptorum*
- Hac renitet species geniti genitricis in aede
- Undique missorum variis distincta figuris.
- [**Zonatic** picti discipulique sui.] (Nonius Marcellus, De compendiosa doctrina, da Lucilio]



PEOPLE



Epitaphs: Nithard's portrait (845)

33

Hic rutilat species Nithardi **picta** sagacis,
Nomen rectoris qui modico tenuit,
Eheu quod subito in bello rapuit gemebundo
Mors inimica satis seu furibunda nimis:
5 Invidia siquidem multatus hostis iniqui,
Qui primus nocuus perstitit innocuis.
Astu nam belli viguit quasi fortis Asilas
Nec non ex sophia floruit ipse sacra.
Extitit elato rigidus, mitis humilisque,

10 Contra commissum pacificusque gregem.
Cuius de Karoli genio processit origo
Nobilis ac celsa Caesaris egregii.
Occubuit Iuli octavo decimoque Kalendas
Hostili gladio; hac requiescit humo.
15 Hos quicumque legis versus, miserere suique
Dic: "Animae ipsius det veniam dominus".
Iam quia sublatus terris regione locatus
Sit, precibus, sancta, hocque frequens rogita,
Donec e tumulo salient cineres quoque vivi,
20 Corpore suscepto quo reparatus eat
Ad loca sanctorum fultus hinc inde manipulis
Angelicis sanctis cum patribus reliquis.



34 the limp body of a man without ars

- ▶ Ecce sub hoc arvo flaccientia membra quiescunt
- ▶ Ermenrici etenim callentis more catorum.
- ▶ Quamvis arte carens, tamen usu iure calebat:
- ▶ Praecipuus **scriba**, vivax **lector** fuit atque
- ▶ Insuper **occentor** nec non **numerator** opimus.
- ▶ Astu florebat saeculi ingenioque vigebat.
- ▶ Omitto lacrimans prorumpere plurima dicta.
- ▶ Omnia hic retinet tumulus pauperculus ista.
- ▶ Eheu quam nimium pollens cito lapsus in Orco:
- ▶ Terno nam decimo Octobris obiitque Kalendas.
- ▶ Hoc, animae, quicumque legis, miserere solutae,
- ▶ Utque ei veniam tribuat, tu posce tonantem.



36 The geometrician

- Hoc iacet in busto sopitus nomine quidam
- **Donadeus monachus nec non geometricus unus**
- Optimus ex multis, mechanica doctus in arte;
- Auctor enim diversarum pulcherrimus ipse
- Artium. Aprilis hic obiit quinto Kalendas.
- Has quicumque legis, studeas rogitare tonantem,
- Ipsi quo animae veniam faciat quoque habere,
- Et tibi sit requies post hoc sine fine beata.



40 The foreigner

- ▶ Israhelis tegitur sub petra hac corpus humatum:
Ipsius immota ossa, precor, maneant,
- ▶ Donec exiliant concussis corpora bustis,
- ▶ Cum quibus et pariter tunc propere saliet.
- ▶ Nono etiam decimo Septembris, Christe, Kalendas
- ▶ Occubuit; tribue huic veniam famulo.


43 Clapping at the funeral

- Hoc iacet in tumulo tumulatus nomine Luto,
- Veridicus iuvenis pacificusque suis.
- Astu pollebat saeculi populoque sedebat
- Nobilis ac genere splendidiorque fide.
- 5 Ad cuius tumulum luctus resonabat amarus
- Lugentesque sui, eheu, quam nimium.
- **Et manibus plausis flebat tunc contio praesens,**
- Flebant et proceres nec minus ipsa cohors.
- Bis quinis obiit Septembribus ille Kalendis:
- 10 Ad superos anima scandere non piguit.
- Nam quicumque legis titulum, miserere sepulti,
- Ut veniam tribuat omnitenens animae,
- Aethereis faciat semper gaudere triumphis,
- Et cum caelicolis sit sine fine quies.

Talking deads 47, 65

- **Hic ego** telluris Godelendis pondere servor,
- Nexa maritali quae fueram thalamo.
Inde soluta, precor, maneant immota sub alvo
- Ossa genitricis, prodiit unde caro,
- Donec iudicium veniet, virtute potenti
- Iudex quo reparet condita, ceu fuerant.
- Ternis nam Nonis ipsa hac de luce recessi
- Augusti: domine, nunc mise<re>re animae

Hic ego Gerwidis iam carne soluta quiesco,
Reddere quam statuit cunctipotens iterum.
Interea, lector, dominum pulsare studeto,
Quo mihi perpetuam det famulae requiem
5Nam quinto Februi decimo ex hac luce Kalendas
Decessi: Christe, tu veniam tribue.



100 Against the sceptics

- ▶ Cuius in hoc tumulo requiescunt ossa reposita,
- ▶ Spiritus ipsius separat astra poli.

- ▶ engraved in a plate in the Carolingian cemetery discovered by accident during construction works on the abbey in 1693, and conveniently transcribed by a correspondent of Mabillon, whose letters are still to be found in the National Library of Paris: for Hildeland, carte Grenier XXVIII f. 134: see L. Delisle, *Le cabinet des manuscrits de la Bibliothèque Impériale: étude sur la formation de ce dépôt comprenant les éléments d'une histoire de la calligraphie, de la miniature, de la reliure, et du commerce des livres à Paris avant l'invention de l'imprimerie*, Paris 1868, vol. II p. 332.

122, 141: At court

▶ **Danorum spiculo iacet Heriradus in arvo**

▶ Percussus iuvenis tempore heu capitis.

▶ Usque egit Martem quos contra dum, ruit ipse

▶ Mortis ad occasum quam propere nimium.

▶ 5 Addidit haud, lector tituli, pedibus timor alas 10

▶ Illi, sed virtus mortis habere diem.

▶ Quinis Augusti finivit sicque Kalendis:

▶ Cuius da veniam, cunctipotens, animae.

Hic retinet corpus Ruodulfi tellus humatum,
Cuius percelebre nomen in orbe cluit.
Tempore sub magno Hludowici vixit honore
Ipsius **auletis** Caesaris egregiis.

5 Nec minus in sceptro Karoli regis decoratus
Mansit consilio pace fideque bono,
Illius inter primates nullus prior illo,

Cuius diversa regna genus decorat:

Hoc renitet Karolus, Francorum rexque lucerna
In candelabro fixa manens solido.

Idibus octonis Iani decessit ab ista

Luce: potens domine, cui superam tribue.

Hoc, lector, relegens lingua feriendo palatum
Dic: "Ruodulfi anima pace quiescat, amen."

166: pseudo-epitaph? 2 poems?

- ▶ Hic quidam levita cubat sub tegmine ponti
- ▶ Custos ecclesiae fidus ubique bene,
- ▶ Sunt cui commissae vestes ac vasa sacrata
- ▶ <>
- ▶ 5 O pater, o custos, multos hic vadere noli,
- ▶ Ne valeant sanctam commaculare larem.
- ▶ Frangitur hic corpus domini saepissime sanctum:
- ▶ Quapropter mundam condecet es<se> domum.
- ▶ His quoque **pro coppam** studeas dare versibus unam
- ▶ 10 **Nec non copello** desuper imposito.
- ▶ Si dederis tamen hanc, contra certare parabo;
- ▶ Sin vero minime, stat mihi cura levis.



➔ **VESTIMENTS AND FURNITURE**



54: bed

- Hic quicumque cubat, defendat dextera Christi
- Illum, quin maneat incolumis iugiter;
- Ac simul omnitenens servet circumque iacentes,
- Pellatur zabulus lubricus hinc nimium.



56-57 Dining table and food benediction

- ▶ Sumimus hic victum, capiamus, corporis, illum,
- ▶ Qui pascat mentem purificetque animam.

- ▶ Nos et nostra dei benedicat dextera dona.
- ▶ Christus sanctificet, benedicat haec sua dona.
- ▶ Sit cybus appositus domino benedictus ab ipso.
- ▶ Appositis Christi benedicat dextera donis.
- ▶ 5 Nos Christi atque suum benedicat dextera munus.
- ▶ Alma dei nostrum benedicat dextera potum.
- ▶ Potum servorum benedicat dextera Christi.
- ▶ Sanctificet potum Christus nostrum ac benedicat.

86: the washbasin

Hic quicumque lavat faciem, peccamina mentis,
Corporis, ipsius, delue, celse deus.

Squalidus hinc fugiat zabulus, ne fonte lavatum
Plasma tuum sacro commaculare queat.



70 Lantern

- Noctibus, o, tibi, gestator, sum praevia tetris
- Lux ego praesidium tribuens abscondita magnum,
- In tenebris speciem quoniam teneoque dierum;
- Sed neque ventus obest, imbrem neque terreo clusa.
- Nam studeas, dum me gestas, memorare datoris,
- Qui lumen statuit tibi praeberere <ecce> reclusum.




70 *In quodam gestatorio (Sedan-Chair)*


Decutit ardorem solis pluviamque ferenti
Hoc tegmen capitis tempore disparili.



135 In *Muscario*

Obsequio gemino divisum stat opus istud;
Nam **muscas pellit umbraculumque facit.**
Bruma nilque iuvat, ferventi tempore
prodest;
Nec mirum, quoniam tempora stant varia.





147: Love-lantern by abbess (?) Hruodona for Rudolf (also 143, 144)

- ▶ Haec iugiter lampas niteat tumulum ante Rhodulfi,
- ▶ Quam Hruodon fieri iussit amore sui.

127: respect for the restored ciborium

- Hoc ego cyborium statui, quod cernis, Odulfus;
- Lector, ut hic stabile, dicque, diu maneat
- Ad decus aeterni regis pariterque patroni
- Nostri Richarii, qui famulatur ei.
- 5 Plura etiam dominus tribuat mihi, dicito, posse
- Addere cum pace huius honore loci,
- **Qui condam manibus fuerat vastatus iniquis**
- **Nec non fedatus turpiter heu nimium.**




Spaces



88 In sessione peregrinorum (where pilgrims seat)

- Saepius hic residet Christus, mitissimus agnus
- In hominis specie saepius hic residet;
- Solvere qui studuit gratis loetalia vincla,
- Quo foret exemplum, solvere qui studuit
- 5 Instituitque suos gressus servare paternos,
- Nec minus et pacem instituitque suos.



119 Peregrins: a dialogical epigraph

- Saepius hac **residet** Christus susceptus in aede;
- Scemate sub hominis saepius hac residet.
- Hoc veneranda cohors fratrum veneranter adorat;
- Diligit amplectens hoc veneranda cohors.
- 5 Ianitor o miserans, laeto quod suscipe vultu,
Quaeque potes, tribue, ianitor o miserans.
- Iam quia hic sedeo **Christus sub imagine servi**,
- Ac **peregrini habitu** iam quia hic sedeo,
- Sit benedicta cohors fratrum mihi met famulando;
- 10 Hic et in aeternum sit benedicta cohors.
- Hostis atrox fugiat parvaque recedat ab aede:
- Quo pax hic maneat, hostis atrox fugiat.



136 *domus peregrinis adtitulata*

- Est domus haec Christi peregrinis adtitulata,
- Illis ostensa qua manet humanitas.
- Hacque melo resonant divisi sedulo fratres
- Per decadas digno, Christe, in honore tuo.
- 5 Hos tua magnifica tueatur dextera semper
- Hanc adeundo larem ac repetendo viam.

32 in the memory of a student

- Fistula raucisonans, nunc incipe dicere **causam**
- **Leutgaudi iuvenis sophiae nimiumque vacantis.**
- Fistula: "metri astu pollebat iure magistri,
- In qua florebat velut unus Porphirianus.
- Inter Christicolas magnum gestabat amorem;
- Felle carens animo cunctis erat unus et ipse.
- Auxilio Christi fultus nec adultus in annis,
- Ortus trans Sequanam, nostra hac tellure sepultus
- Octavo decimo Maias obiitque Kalendas,
- Ipsijs atque anima superum penetravit Olimpum,
- Sanctorum meritis qua credimus esse iuvatam,
- Quorum etiam supplex suppetia saepe petebat.
- Nam quicumque legis, libeat, hos, dicere, versus,
- Illi ut det dominus veniam, sine fine quietem."

114 In
quadam mansione
(for seriously ill brethren)

Haec opus ad fratrum fundata
domuncula constat,


Spiritus extremos valeant qua reddere
Christo.

Angelus illorum sed custos nocte dieque

Gabriel esto, petant donec caelestia
regna,

Quo resident animarum messorum
clypeati

Demonas adversus, obstant qui plasma
tonantis.





13: a map

- ▶ Hic mundi species perituri picta videtur,
- ▶ Partibus in ternis qui spatiatu inest,
- ▶ Quarum Asia primumque locum hinc Europa secundum,
- ▶ Possidet extremum Africa deinde suum.



5 in domo scriptorum (cfr. 15)

- Haec domus officii scriptorum in honore dicata.
- Hanc adiens aliquis dominum deposcat abunde,
- Officit, ut pellat hoc, quod scriptoribus, ex hac,
- Atque libros valeant inibi sulcare sacratos.
- 5 Ad decus aeterni regis simul atque beatae
- Ipsius sponsae servit *coniunctio patrum*;
- Hac etiam residens studeat servare beati
- Legem promissam Benedicti nocte dieque.



111 *In quodam oratorio*

- Saepius hic presse canitur psalmodia dulcis
 - **Noctibus in furvis pulso iam corpore somno**
 - **Et geminis deterosa oculis caligine tetra,**
 - Quo sol iustitiae lucem tribuat renitentem
 - Gratis in hac servis parva vigilantibus aede
 - Sanctorum meritis intervenientibus almis.
-
- Cfr. ALCUIN 98 III *discute torpentes, frater, tibi pollice somnos, / et contende prior tecta subire dei.*

Alcuin 92, 1: the wooden washtub

-
- Nudus eat hospes, placeat cui ludere mecum
- Atque fouere meo corpora fonte sua.
- Qui pisces quondam gelidis generauit in undis,
- Nunc calidus homini forte minister erit.
- 5 Nunc ligno uehitur, quondam qui ligna uehebat,
- In pratis currens stat piger in domibus.
- Dum nudus ueniat calidam pius hospes in aulam,
- Fontibus ut lauet hic sua membra meis,
- Obsecro, ne uideat, proprios auertat ocellos,
- 10 Contextit primi quod rea dextra patris.
- Hoc natura docet, hoc et persuasit honestas,
- Ut tibi sit facies semper honesta, puer.



- **Hic** pueri discant senioris ab ore magistri,
Hymnidicas laudes ut resonare queant.
- Auriat os tenerum lymphas devote salutis,
- Forsan in ecclesia ne sileat senior.
- 5 Sunt anni iuvenum habiles addiscere quicquam:
- Usus in antiquis postulat ecclesiae,
- Instruat in studiis iuvenum bona tempora doctor,
- Nam fugiunt anni more fluentis aquae.
- Annosa in silvis quercus vix flectitur unquam,
- 10 Sed frangit hominis dextra potentis eam.
- Nam nec senior multis adsueta rapinis
- Sub iuga nullatenus fortia colla dabit.
- **Nec bene namque senex poterit vel discere, postquam**
- **Tondenti in gremium candida barba cadit.**
- 15 Esto pius pueris studiosus et esto magister,
- Vos vestros, pueri, semper amate patres.
- Ut maneat nobis dulcis benedictio patris,
- Et ne nam natus mente tenente duos.

Alcuin 93, a
Carolingian barber
and the hair falling on
the belly (here card
1455)




96, 1 In dormiturio

- ▶ Qui uim uentorum, pelagi qui mitigat undas,
 - ▶ Israel qui seruat, nullo qui dormiat aeuo,
- Fratribus hac requiem dulcem concedat in aula,
- ▶ Et quos inmittit somno **uis nigra** timores,
 - ▶ Conpescat clemens domini, rogo, dextra potentis.
- ▶ Quique diem statuit homini sub luce labore.
 - ▶ Noctibus et requiem concessit corpore fesso,
 - ▶ Ad laudemque suam faciat consurgere sanos.

96, 2 In latrinio (in the toilet)

- ▶ Luxuriam uentris, lector, cognosce uorantis,
Putrida qui sentis stercora nare tuo.
- ▶ Ingluuiem fugito uentris quapropter in ore:
Tempore sit certo sobria uita tibi.
- ▶ Oh reader, know the luxury of the womb, who feels the rotten dung in your nostrils. Therefore avoid the gluttony of the bell, let your life be sobe in the right time.
- ▶ (cf. Agathias, A.P. IX 642-644, written to celebrate the construction of a public latrine in Myrina)
- ▶ Cf. Alcuin, MGH Ep. IV n, 65 p. 108 to Dado: *quod comedisti et bibisti hodie stercus est, quod non dico tangere, sed etiam horrescis videre*



105, 2 Speiseglocke

Semper in aeternum faciat haec
clocula tantum
Carmina, sed resonet nobis bona
clocca cocorum.



111, 1

- ▶ Hic tu per stratam pergens subsiste, viator,
- ▶ Versiculos paucos studiosa perlege mente.
- ▶ Invia, quam cernis, duplici ditatur honore:
- ▶ Haec ad cauponem ducit potare volentem.
- ▶ 5 <>
- ▶ Elige quod placeat tibi nunc iter, ecce viator,
- ▶ Aut potare merum, sacros aut discere libros.
- ▶ Si potare velis, nummos praestare debebis,
- ▶ Discere si cupias. Gratis, quod quaeris habebis.

112 for the calefactory

- Dum sedeas laetus pulcra possessor in aula,
- Tum miseros stantes, ecce, memento foras.
- Ut donet tibi perpetuam, qui tradidit istam,
- lamque domum clemens Christus in arce poli.
- 5 **Frigora qui fugiat**, veniat sua membra fovere
- Ad me **pregelidus** nempe **viator** ovans.
- Crux sacrata dei fulgescit sanguine summi,
- Nos nostramque simul protegat alma domum.
- Haec pateat caris iam ianua semper amicis,
- 10 Qui laeto quaerant pectore namque patrem.
- Hic requiescit ovans abbas sanusque resurgat,
- Quem tua conservet dextera, Christe potens.
- Sit tibi Christus amor, potus, cibus omnia Christus,
- Lux, via, vita, salus, laus, venerande pater.



104, Corméry ? (Mabillon: In monasterio Cormaricensi)

Urbibus egregiis, quarum nova culmina surgunt,
Famigeræ laudes et super astra volant:
Vatiferum veterum celebrant quos carmine libri,
Multiplices auri nec numerantur opes,
Haec est, quam cernis, silvestri rustica tecto
Constructa in heremo cellula nobilior
Haec studiis floret sacris, theosophica iura
Perlegit, et tractat clancula dicta senum.
Vendunt atque senum volvunt mendacia mille
Illic, ut capiant fraude mala socium.
Quaeritur hic verum per syllogistica sacrum
Claustra modis variis fame pacifico.
Saepius ebrietas sensum mala subruit illic,

Ducitur et famuli vix dominus manibus.
Aspicit hic vesper ieiunia longa legentum,
Atque epulis pascit sobria corda sacris.

[---] Photo P. Mocella, 2023

